



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VII. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzoge Otto von
Brandenburg seine Besitzungen zu Dinesdorf und Lengete, am 12. April
1235.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

V. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Kloster Ebstorf die Proprietät über zwei von ihm daselbst zu Lehn gehende Höfe, im Jahre 1230.

Sifridvs, Dei gracia Comes in Osterborch, omnibus ad quos hoc breue peruenerit salutem et dilectionem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos benedictionis eterne nobis memoriam facere cupientes, de duabus domibus in Ebbekestorpe antiquo sitis, quas Hermannus de Hagene pfeodaliter de nobis tenuit, monasterio in Ebbekestorpe proprietatem contulimus possidendam. Vt autem facti nostri memoria inconuulsa permaneat, hanc nostre donationis cedulam sigilli nostri caractere fecimus communiri. Datum Brunfwich, anno graciae M. CC. XXX. Amen.

Origin. Guelfic. IV, 152.

VI. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf seine väterlichen Besitzungen in Vethen, am 22. November 1233.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Comes Sifridus de Osterburch, salutem in Christo fidelibus uniuersis. Cum leges et iura veterum instituto patrum quibusdam corroborentur instrumentis, oportet ea temporis instantis rationibus innovari, propter vitiosam quorundam modernorum consuetudinem, que solet antiquorum priuilegiis obuiare. Innotescat igitur uniuersitati fidelium, quod in honore Dei genetricis Marie, predecessores mei in Vethene quicquid libere possidebant, Nygendorpe contuli, ministris ejus iugiter possidendum. Vt ergo hec rata et inconuulsa permaneant, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Datum in Osterborg, anno incarnationis Domini Millefimo ducentesimo trigesimo tertio, Decimo Kalend. Decembr.

Lenz Brand. Urk. S. 33. — Beckmann a. D. Kap. X, 106.

VII. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzoge Otto von Braunschweig seine Besitzungen zu Dinesdorf und Lengete, am 12. April 1235.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Sifridus, Dei gratia Comes de Osterborch, omnibus in perpetuum. Ne fluxu temporis in obliuionem veniat et labatur, quod ab hominibus geritur infra tempus, scriptis solet et testibus rationabiliter confirmari. Ad noticiam igitur uniuersorum presentium et futurorum volumus peruenire, quod nos, consensu et compromissione heredum nostro-

rum, videlicet filie nostre, vxoris Luthardi Nobilis de Meinersem et Comitis Friderici de Kercherch, nepotis nostri, et aliorum heredum, Domino nostro, Duci Ottoni de Brunefwic, dedimus et in proprium assignauimus duo allodia nostra, scilicet in Dinstorp et in Lengege, cum omnibus pertinentiis eorum, et cum omni iuris integritate perpetuo possidenda. Vt autem talis donacio nostra a nobis et ab omnibus heredibus nostris rata semper et inuiolabilis perseueret, et nunquam in posterum irriteretur, presentem paginam sigillo nostro et Comitis Friderici de Kerberg et Domini Luthardi de Meinersem sigillis fecimus roborari. Actum est hoc apud Brunefwic, anno dominice incarnationis MCCXXXV. II Idus Aprilis. Testes sunt: Comes Ludolfus de Halremunt, Thidericus de Anuorde, Bernardus de Dorstat, Johannes de Adenoy, Jordanis Dapifer, Willekinus Marscaleus, Fridericus de Medinge, Luthardus de Meinersem et Comes Fridericus de Kerberg, qui duo hec nobiscum promiserunt se firmiter seruatuos.

Orig. Guelfic. IV, 443.

VIII. Graf Siegfried von Osterburg tritt dem Herzog Otto von Braunschweig seinen Ministerialen Heinrich von Krachow ab, um das Jahr 1235.

Siffridus, Dei gratia Comes de Osterburch, vniuersis ac singulis, ad quos presens scriptum peruenerit salutem. Nouerit tam presentium etas quam futurorum posteritas, quod nos Henricum de Crachowe Domino Duci de Brunswic conferimus in ministerialem, vt sibi deinceps ministerialis ius exhibeat, et tali iure dicto Domino Duci pertineat, qualiter nobis pertinebat. Ne autem hoc factum nostrum inuida possit obscurare posteritas, presentem paginam nostri sigilli appensione muniuimus ad cautelam.

Orig. Guelf. IV, 445.

IX. Graf Siegfried von Osterburg notificirt seinen Ministerialen in der Graffschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und Gardelegen u., ihre Abtretung an den Herzog Otto von Braunschweig, im Jahre 1236.

Siffridus, Dei gracia Comes de Osterborch, vniuersis ministerialibus suis, qui a Tfellis usque Bremam in utraque parte Alre et Wifere sunt manentes, tam feminis, quam masculis, et omnibus ministerialibus suis, qui in Comitua Stadenfe et inter Saltwedele, ome et Gardelege demorantur, salutem et omne bonum. Cum de consensu et voluntate he-